



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon  
Dialogus. Antonius Dialogus. Activs Dialogus. Aegidius  
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,  
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

**Pontano, Giovanni Giovano**

**Venetiis, 1519**

De Vrbanis, & Facetis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12960**

## De Blandis.

**E**orum uero qui Blandi dicuntur, eis si eadem uidetur esse materia, finis tamen ubiq; non est idem, nec sola delectatio ac iucunditas queritur, uerum potius utilitas quale illud est. Nunc obsecro te Milphio hanc per dexteram, perq; hanc sororem leuam, perq; oculos tuos, perq; meos amores, perq; A delphasium meam, perq; tuam libertatem, alibi irae delinutio, aut morositatis, alibi doloris, indignationisq; alibi ille-  
tio ad turpem uoluptatem, atq; proprias in appetitiones. No pectiné eburneum Plautus, non caseum molliculum, non monedulam prætermisit inter blandiendum. Atq; illa quidem amantium sunt, non factorum hominum. Itaq; serui, familiaresq; iratis blandiūtur dominis, patribus filij, nutrices puerilis, captatores ujs, quibus nec liberi nulli, nec legitimi sunt haeredes. Quo' circa Blādos in eorum numero, qui oblectationem tantum querant, urbanis ex allocutionibus, habendos non esse iuuentalis etiā docet. Proditum quoq; est a scriptoribus Helium Pertinacem Augustum blandum potius quam benignum fuisse habitum, quod uerbis quidem alliteret homines, essetq; affabilis admodum, ceterum re ipsa non modo non liberalis, uerum etiam sordidus.

## De Urbanis, &amp; Facetis.

**R**eliquum est de Urbanis ut dicamus, ac Facetis. Et quoniam Urbanitas non ad iocos tantum, ac festinitatem, dicendiq; leporem pertinet, qd in ea quidem uirtute potissimum laudatur, uerum ad uirtutes quoq; alias, quae & uiro & ciue ingenuo dignae sunt, uidetur alia querenda uirtus, quae propria magis sit, solumq; id complectatur, ac respectet, quod ad iocos tantum, animorumq; relaxationem spectet. Nam et Urbanus dictus est, quod urbis seruet, sciatq; ac retineat mores. Quando aduersus illi est qui ē contrario ruris sequatur, non urbis institutiones, indeq; a gressis uocatus, ac uitū id à rure rusticitas, ut ab urbe urbanitas dicta. Nam & qui seniori assurgit prætereunti, & qui magistratum ab domo deducit in curiam, & qui præteriens salutat, urbanitate uititur. Facetus uero ex eo nullo modo est dicendus. Video populariter, atq; a' uiris minime in doctis Affabiles quosdam uocari, qui & ipsi urbanitate quidem utantur. Nam et in acapiēdis hospitibus, & in aduentu peregrinorum, in primis etiam congreffibus, ac salutationibus, et blāde affantur, ac comiter, et hospitaliter alloquuntur. Idem amice quoq; et salutant, et compellant, & summa cum

incunditate congregiuntur. sed nos eum querimus, qui parte ex omni munus ipsum impleat, qui è iocis, suauibusq; è dictis oblationem tantum querat, ac recreationem post labores, qui et salem habeant in dicendo, et quæ ipse dicit tanquam illo condit. qui leporum admisceat, qui uerba apta, idonea, concinnata, iocisq; atcommodo data usurpet, uultumq; illis adiungit, ubi opus est, ac gestum, qui fabellis narrandis, recitandisq; iocosis, ac ludicris rebus, et curas sedet, et deliniat molestias, qui non discedat urbanitatis è finibus, aut è ciue in rusticum, atq; a gressu transeat, ex ingenuo in seruum, aut seruo persimilem, ni forte res ipsa ita tulerit, qui minime uolens offendat dictis, nisi lacessitus, idq; tamen urbane, qui et temporis, et loci, et audiendum, et sui ipsius, et quam gerit personæ, et statutis, et negotiorum, et publicæ, privatæq; letitiæ habeat, ac iristitiae mero risq; rationem, idq; cum primis curet in singulis ut retineat modū, ne et uerba profundat, et iocos, qui deniq; summo id studio uideat, ne cum alios in risum prouocat, ipse ab astantibus risu habetur, trui quoq; dignor iudicetur, quād honestorum, atq; ingenuorum hominum audientia, ac confessu. Demum etiam qui intellegat, perinde ut cessatio omnis, quiesq; conceditur, relaxandi gratia, utq; redditus ad labores ac negotia non sit grauis, sic iocos, dicta, sales, lepores, facetasq; concedi, ne uitam, cogitationesq; nostras omnis, studiaq; in ijs collocasse, aut in otio, desidiaq; aut in marcescētia potius nos appareat. Hūc, ni fallor (quando qui et qualis Comis sit, qui etiam Urbanus, ac Festinus, explicatum est) maiores nostri Facetum uocauerent. Nam urbanus (ut diximus) plura, que urbane consuetudinis, morumq; ciuilium sunt, complectitur, perinde ut etiam Comis, at Festinus minime quidem omnia que uirtuti huic conueniant, quæq; inesse ei debeant, qui iocis, dictisq; iuandioribus usurpus sit cum mediocritate et gratia. Quia in opinionem propendere uidetur Cicero, cum ait duo esse genera faciarum. Habemus igitur nomē eius qui tali sit mediocritate, ac uirtute praeditus. Ceterum uirtutis, atq; habitus ipsius nomen haec proditum est nullum, quod quidem sit proprium, ac suis limitibus terminatum. Nam et si rerum scriptores et Comitatem usurpant, et Urbanitatem, tamē (ut dixi) parū sunt omnino propria. Quia uero cognata haec essent, et necessitudine sua coiuincta, sic circa illis usi uidentur. Nos uero licet nō absq; rubore (neq; enim licet isti haberent volumus) tamen quod in aie cum periculo uersamur, tentabimus illud nouiter deducere, quod in plurimis et Cicero è nostris, alijsq; non pauci seruauere, et Aristoteles inter Graecos, etiam non quadam sine liber-

tate, et si maxima tamen cum utilitate legentium. Ac primum quidem minime ut a modesto deducimus modestum, sic a faceto Facetiam, quando Facetiae ipsae dicta quidem sunt iucunda et lepida, nequam uero habitus, aut uirtus. Verum ut sanctitatem a sancto, et ab honesto honestatem, castitatemque a casto, sic a faceto Facetatem deducimus. Ut Facetitas ipsa su uirtus, ea denique Faceti uiri habitus, forsitan non omnino etiam dispuuerit Facetudo subducta syllaba, ut a sordido sorditudo, quae Plautina deductio est. Nam neque maiores illi nostri aut castitudinem reformidarunt, aut moestitudinem. Quid si ut moesties, sic etiam dicatur Facetiae? Sed nos haec ipsa ita tradimus, ut qui nullo modo uelimus regulam hac in parte prescribere. Sit enim sua cuique libertas usurandi nominis, Verum ideo hoc facimus, ut aper te magis intellegatur habitus ipse, qui sit, et quo etiam quis nomine a proprio, et tantum suo uocitandus. Constituimus itaque sine Facetate, sine Facetudinem, Facetiem uel habitum, et qui eo sit habitu ornatus, Facetum. Sed ad alteram quoque partem uerborum transcendendum est, ut quae in ea uersetur mediocritas, lucide etiam intellegatur.

## De Veracitate.

Quemadmodum autem uirtutis huius, de qua pauca locuti sumus, siue Comitatis, uerbantatis uel, siue Facetudinis, proprium munus est, atque officium sedare molestias, in cessationibusque, ac in relaxatione negotiorum, iucundum aliquid querere ad reficiendos animos, siue in ipsis quoque laboribus, ac negotiis, interque molestias reficere eos, quo uegetiores ipsi fiat, longeque ualentiores, siue peruvincendi, aut tolerandi laboribus, difficultatibusque, siue leniendis doloribus, atque molestiis, qui finis ei uirtuti est constitutus, sic cum eadem ipsa oratio, ac sermo uel praepuum si uinculum retinenda societatis, ad quam colendam natu, atque educatis sumus, coetusque ipsius una sociati et ampliandi, et conservandi, sic in qua alterius uirtutis, cuius etiam initia querimus, proprium munus est, ueritatis studiu, ac cultus. Loquimur autem de ueritate hoc in loco non illa quidem, quae a Physicis queritur, aut Mathematicis, quae uerisetur circa certitudinem Syllogismorum, in ipsisque disputacionibus que sunt de rerum natura, deque disciplinis atque scientiis hominum, ac facultatibus. Verum de ueritate ea, quae nihil in sermonibus, atque in oratione, nihil etiam in moribus messe factum, fallax, fucatum indicet, nihil quod simulatum, adulatoriū, mendax, gloriosum, vanum, quodque superuires appareat, supraque facultates ipsas, aut ueri fines excedat, atque in nostris terminis, quam affectu qui sunt, retineantque, et in dicendo, et in